E

√

TO I

E(

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

CHRONICON PASCHALE.

VOLUMEN I.

BONNAE

SIS ED. WEBERI

CCCXXXII.

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

CHRONICON PASCHALE.

VOLUMEN I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXII.

CHRONICON PASCHALE.

AD

EXEMPLAR VATICANUM

RECENSUIT

LUDOVICUS DINDORFIUS.

VOL. I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXII.

PRAEFATIO
LUDOVICI DINDORFII.

Chronici huius duae ante nostram editiones prodierant, altera Matthaei Raderi Monachii a. 1615., altera septuaginta tribus annis post Ducangii Lutetiae, repetita Venetiis a. 1729. Quae quanquam ex eodem ambae ducebantur codice Augustano, iam Monacensi, scripto Ilerdae a. 1573., libro ut recentissimo, ita mendis et lacunis foedato tot tantisque quot perspicienda apud nos scripturae varietate animadverti licet, aliquantum tamen praestabat Parisina. Ducangius enim quum suapte doctrina infinitum quantum decessori suo antecelleret, tum adhibendis frequenter praeclari codicis Vaticani excerptis manca et depravata restituendi egregiam sibi facultatem pararat. Caeterum quum excerpta illa facta essent ad locos casu magis quam consilio delectos, neque ea tum diligentia quam hodie expetimus, facile aestimari poterat quanti referret talem librum denuo totum excuti. Quod mihi oblato Chronici edendi munere quum primum agendum vidissem, et statim persuasissem Niebuhrio, A. Maius, vir illustris atque celeberrimus, qui pro felicissima sagacitate sua huius quoque scriptoris, ut tot aliorum, quorum vel nomina dicere longum est, particulas, quae dudum in perditis numerabantur, ex libro Vaticano in lucem olim revocaverat ipse, idem nobis ita favit ut codicis varietates ab idoneo homine accurate excerptae reddi mox mihi possent. Quarum ope iam tantum huic libro medelae alla-

tum est, ut qui depravatissimus ferretur, nunc librariorum peccatis purior habeatur quam multi vel optimorum scriptorum, nec qui emendando ei operam in posterum impendat, vereri debeat ne Graeculorum infimae aetatis negligentia ludificetur.

Est autem liber Vaticanus, qui in bibliotheca Pontificia numeratur **1941.**, vetustate aeque ac bonitate insignis, quippe iudice Maio Novae Collect. Vat. vol. I. p. II. p. **222.** circa saeculum decimum in membranis scriptus satis diligenter, quanquam vocalium ratione fere inversa ad hunc modum, *ἔχουση*, *σφερωΐδει οὐρανόν:* cuius generis paucissima memoravimus. Recentiori manu scholia quaedam in margine posita sunt, nonnulla etiam in textu correcta. Perierunt medio opere aliquot folia, nec prima et extrema integra sunt. Ex hoc libro Monacensis (apud Hardtium vol. V. p. **416.**) fluxit sic ut defectus omnes cum Vaticano communes, propriam habeat largam vitiorum copiam, paucis quibusdam locis veriorem scripturam praestet, scholia textui pleraque intulerit. Descriptum tamen a Vaticano Monacensem non affirmaverim, quum propter ipsam mendarum multitudinem tum propter omissas ab initio et p. **570. 655.** s. particulas insignes, quae in Vaticano supersunt ad legendum expeditae, in libro vero quem ante oculos habuit Darmarius aut non comparuisse aut legi non potuisse videntur.

Interpretationem latinam Ducangii refingere non fuit mearum partium. Nec magis attigi libellos quos Chronico subiecit Ducangius, nisi quod Dorotheum antiqui codicis Leidensis varietatibus auxi beneficio eruditissimi et amicissimi Geelii.

Scribebam Lipsiae VIII. cal. Decembres MDCCCXXXI.

CHRONICON PASCHALE.

CHRONICON PASCHALE.

. . . γραφ . . .

Φίλωνος τοῦ παρ' Ἑβραίοις σοφοῦ [1]).

Τὴν ἀρχὴν τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας πρῶτον ἀναγράφει μῆνα Μωϋσῆς ἐν ταῖς τῶν ἐνιαυτῶν περιόδοις, ἀναθεὶς οὐχ ὥσπερ ἔνιοι χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα μᾶλλον ἢ ταῖς τῆς φύσεως χάρισιν, ἃς ἀνέτειλεν ἀνθρώποις· κατὰ γὰρ ταύτην τὰ μὲν σπέρματα [2]) ἡ ἀναγκαία τροφὴ τελεσιουργεῖται· ὁ δὲ τῶν δένδρων καρπὸς ἡβώντων ἄρτι γεννᾶται, δευτέραν ἔχων τάξιν· ὅθεν καὶ ὀψίγονός ἐστιν· ἀεὶ γὰρ ἐν τῇ φύσει τὰ μὴ λίαν ἀναγκαῖα τῶν σφόδρα ἀναγκαίων δεύτερα. σφόδρα μὲν οὖν ἀναγκαῖα πυροί τε καὶ κριθαὶ καὶ ὅσα ἄλλα εἴδη τροφῆς, ὧν ἄνευ ζῆν οὐκ ἔστιν· ἔλαιον δὲ καὶ οἶνος καὶ ἀκρόδρυα οὐχὶ τῶν ἀναγκαίων, ἐπεὶ δίχα τούτων ἄχρι μακροτάτου γήρους [3]) παρατείνοντες εἰς πολυετίαν βιοῦσιν ἄνθρωποι. τῷ δὲ μηνὶ τούτῳ περὶ ιδ' ἡμέραν μέλλοντος τοῦ σεληνιακοῦ κύκλου γίνεσθαι πλησιφαοῦς ἄγεται τὰ διαβατήρια, δημοφαὴς [4]) ἑορτή, τὸ χαλδαϊστὶ λεγόμενον πάσχα.

Ταῦτα μὲν ὁ Φίλων. ὅτι δὲ ἀπλανῶς τάττων τὴν ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς ἐπιτελεῖ τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν οὐ μόνον μέχρι τοῦ κυριακοῦ πάθους, ἀλλὰ καὶ ἕως τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων τῆς γενομένης ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, μαρτυροῦσι καὶ οἱ θεοφόροι τῆς ἐκκλησίας ποιμένες καὶ διδάσκαλοι, ἐξ ὧν ὀλίγας ἐκ πολλῶν ἐν-

---

1) In opere de Mose lib. III. ed. Mangey tom. II. p. 169. MAIUS.
2) In codice lacunoso legitur tantummodo . . ματα, id quod ego malui dicere σπέρματα, quam cum editis libris σπαρτά. MAIUS.
3) Ed. γήρως. MAIUS.
4) Ed. δημοφανής. MAIUS.

ταῦθα παροίσει . . . Πέτρος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ, ὃν Τρικεντίῳ[5]) *τινὶ γράφει, οὗτινος λόγου καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας γενόμενος ἀρχιεπίσκοπος . . . . τῇ πρὸς Ἐπιφάνιον ἐπίσκοπον*[6]) *[ἐπιστολῇ] . . . . ὧδέ πως.*

P 1 V 1 *Ὡς . . . . μέγα ἔλεος τοῦ θεοῦ· ἐν . . . παν . . . . . εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ, καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας κατέπεμψεν ἡμῖν, ὁδηγήσας ἡμᾶς εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ νενομοθετημένος μὴν τῶν νέων, ἀρχὴ μηνῶν καὶ πρῶτος ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐγνωρίσθη ἡμῖν, καὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν συγγραφέων τῶν πρὸ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ ὑπὸ τῶν νέων τῶν μετὰ τὴν ἅλωσιν ἐδείχθη ὁροθεσίαν ἔχειν εἰλι-*
P 2 *κρινεστάτην καὶ καταφανεστάτην, διὰ τὸ μάλιστα ἔσθ' ὅτε μὲν τὰ νέα ἔν τισι τόποις προλαμβάνειν, ἔσθ' ὅτε δὲ ὑστερεῖν τῷ ποτὲ πρώιμα ποτὲ ὄψιμα γενέσθαι, ὥσπερ οὖν καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸ τοῦ πάσχα νομοθεσίας ἐγίνετο, καθὼς*

Editio nostra ubi a Parisina (P) discedit, recepta scriptura debetur codici Vaticano (V), nisi alia ex eo affertur.

6. Ante ὡς P ponit inscriptionem *Πέτρου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Μάρτυρος, ὅτι ἀπλανῶς ἔταξαν οἱ Ἑβραῖοι τὴν ιδ' τοῦ α' μηνὸς τῆς σελήνης ἕως τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων.* 15. *τῷ*] *τὸ* P.

Ex Petro Alexandriae Episcopo et Martyre, de eo quod decimam quartam primi mensis Lunae usque ad Hierosolymorum excidium recte statuerint Hebraei.

Quandoquidem magna est ubique Dei misericordia, hunc benedicamus, et quod spiritum veritatis nobis miserit, deducens nos in omnem veritatem. Ideo quippe mensis novorum a lege inductus, mensium exordium, ac primus inter anni menses nobis notus factus est: et ab antiquis Scriptoribus, qui ante, et a posterioribus, qui post Hierosolymorum excidium vixere, sincerissimum ac evidentissimum habere terminum demonstratum est: praesertim, quod nova interdum quibusdam in locis praeverti: interdum etiam defici, vel serius fieri praecocia contingat, quomodo erat in ipso ante Pascha

[5]) Notemus hunc hominem, de quo nihil sive in Cangii sive in Petavii editione fragmentorum Petri. MAIUS.

[6]) En cur apud Cangium p. 4. dicatur *ἐν τῇ μνημονευθείσῃ ἐπιστολῇ*; quia scilicet chronici auctor hoc loco, qui deest apud Cangium, epistulam illam iam laudaverat. Porro illae lacunae, quae sunt apud Cangium p. 2., expleri nequeunt a cariosis codicis membranis, nisi quod D. v. 8. legitur in codice *εἰς εὔσημον*. MAIUS.

γέγραπται, „ὁ δὲ πυρὸς καὶ ἡ ὄλυρα οὐκ ἐπλήγη· ὄψιμα γὰρ ἦν.“ ὅθεν καλῶς νενομοθέτηται ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, εἰς ὁποίαν δ᾽ ἂν ἑβδομάδα ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρισκαιδεκαταία τοῦ πρώτου μηνός, ἐν αὐτῇ ἐπιτελεῖν τὸ πάσχα μετὰ τοῦ καὶ ἐγκώμια πρεπωδέστατα καὶ ἁρμοστικώτατα εἰς τοῦτο παρειληφέναι. „πρῶτος γάρ, φησίν, οὗτος μὴν ὑμῖν . . . . . καὶ ἀρχὴ μηνῶν ἐν τοῖς μησὶν τοῦ ἐνιαυτοῦ γέγραπται,“ ὅτε ὁ μὲν ἥλιος ἐν θέ- B ρει γενόμενος τὰ φῶτα πλείονα καὶ λαμπρότερα ἀποδίδωσιν, ἡ δὲ ἡμέρα ἐπεκτεινομένη μεγεθύνεται, τῆς νυκτὸς ὑποστελλομένης καὶ μειουμένης, τὰ δὲ νέα σπέρματα ἐπανθήσαντα διακαθαίρεται εἰς τοὺς ἅλωνας συγκομιζόμενα. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἀκρόδρυα βλαστάνει καὶ ἐπανθεῖ ἐπιχωρῆσ . . . ἐπαγόμενα. εὐθέως γοῦν ἐπικαταλαμβάνονται ἐν παραλλαγῇ διαφόρων καὶ ποικίλων καρπῶν, ὡς καὶ σταφυλήν ποτε εὑρίσκεσθαι κατ᾽ αὐτὸν τὸν καιρόν, καθὼς καὶ ὁ νομοθέτης φησί, „καὶ αἱ ἡμέραι ἡμέραι ἔαρος, πρόδρομοι σταφυλῆς“, ἡνίκα ἀπέστειλεν τοὺς κατασκοπεύσοντας τὴν γῆν, ἤνεγκαν τὸν μέγαν βότρυν ἐν ἀναφορεῦσι καὶ ἀπὸ τῶν ῥοῶν καὶ ἀπὸ τῶν συκῶν. τότε C γάρ, ὥς φασι, καὶ ὁ κτιστὴς καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων θεὸς ἡμῶν αἰώνιος τὰ πάντα συνεστήσατο, εἰς ἅπερ κατέλεξεν, „βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου· σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος

1. ὁ — ἦν] Exod. IX. 32. 3. τεσσαρισκαιδεκατ. V constanter, τεσσαρεσκαιδεκατ. P. 6. πρῶτος — γέγραπται] Exod. XII. 2. Lacuna expleri potest addito ἐστιν. 15. καὶ — σταφυλῆς] Num. XIII. 21. Addidi alterum ἡμέραι. 19. ὁ δημιουργὸς P. 21. βλαστησάτω — δικαίως] Genes. I. 11.

Legislationis initio: juxta quod scriptum est, *Triticum autem et far non sunt laesa, quia serotina erant.* Unde recte a lege praescriptum est, ut a verno aequinoctio, in quamcumque hebdomadem incidat decimaquarta primi mensis, in illa Pascha agatur, sumptis prius ad illud celebrandum decentibus ac consentaneis encomiis. *Primus enim*, inquit, *hic mensis principium mensium in mensibus anni scriptus est:* cum sol scilicet aestivo tempore plura longe lumina et clariora emittit: dies vero producitur, fitque major, dum nox contrahitur ac minuitur: nova porro semina cum floruerint, perpurgantur et ad areas deferuntur. Neque tamen ista duntaxat, sed et universa pullulant arbusta, et in flores evadunt. Statim igitur varios diversosque fructus alternatim emittere deprehenduntur, ita ut interdum botrus, interdum fructus alius uno eodemque tempore reperiatur, quemadmodum ait Legislator: *Et dies veris praecursores botri*, quando misit qui specularentur terram, attulerunt ingentem botrum in vectibus, de malis quoque granatis et de ficubus. Tum enim, ut ait conditor, universorumque opifex Deus noster aeternus, omnia confert ad ea quae elegit: *Germinet terra herbam virentem et faciens semen juxta genus suum et similitudinem suam, et lignum fructiferum faciens fructum*, cujus

καὶ καθ' ὁμοιότητα καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς.“ καὶ ἐπήνεγκεν ὅτι „καὶ ἐγένετο οὕτως καὶ μάλα καλῶς καὶ δικαίως.“ ἐξέφανε τὸν παρ' Ἑβραίοις νομοθετηθέντα πρῶτον μῆνα, ὃν ἔγνωμεν πεφυλαγμένον παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλήμ, διὰ τὸ μάλιστα Ἑβραίοις οὕτω παραδεδωκέναι, μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν λεληρημένον κατά τινα καὶ ἐν τούτῳ πώρωσιν· ὅνπερ D ἡμεῖς ἐνθέσμως καὶ εἰλικρινῶς ἐπιτηροῦντες παρελάβομεν. καὶ ἐν τούτῳ κατὰ ..... ῥητόν, λέγων ...... διζομένην εἰς εὔσημον ἡμέραν τῆς ἁγίας ἑορτῆς ἡμῶν, ἥνπερ ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή.

Καὶ μεθ' ἕτερα, Καὶ ταῦτα γάρ φησι, „πάντα ποιήσουσιν εἰς ὑμᾶς, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πέμψαντά με“ εἰ δὲ καὶ τὸν πέμψαντα καὶ τὸν πεμφθέντα ἠγνόησαν, οὐκ ἔστιν ἀμφιβάλλειν ὅτι καὶ τῆς νομοθεσίας τοῦ πάσχα τὴν ἀγνωσίαν ἔσχοσαν, ὡς μὴ μόνον τῆς κατ' ἐκλογὴν τοποθεσίας ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς τῶν μηνῶν τοῦ πρώτου ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ τὴν P 3 τεσσαρισκαιδεκαταίαν οἱ πάλαι εἰλικρινῶς ἐπιτηροῦντες μετὰ τὴν ἰσημερίαν ἔθυον τὸ πάσχα κατὰ τὴν θείαν παραγγελίαν. οἱ γὰρ νῦν πρὸ ἰσημερίας αὐτὸ ποιοῦσι πάνυ ἀμελῶς καὶ κατεσφαλμέ-

2. ἐπίνεγκεν V, ἐπένεγκεν P. 7. πόρωσιν PV: semel autem moneo me codicem Vaticanum ad ed. Parisinam exactum, ubi dissensum ab ea nullum notatum vidi, pro consentiente afferre. 9. εὔσημον] .... ον P: conf. Psalm. LXXX. 4. 11. ἡ γραφή] Rom. XI. 7. 12. φησι] „Ioan. XV. 21. ubi haec aliter habentur.“ margo P. 13. δὲ καὶ τὸν] δὲ τὸν P.

semen in seipso sit super terram. Tum subdit: *Et factum est ita: et vidit Deus quod esset bonum.* Quinetiam ostendit primum qui apud Hebraeos lege inductus est mensem, quem observatum fuisse a Judaeis novimus usque ad Hierosolymorum excidium, quia id maxime sic Hebraeis traditum est. Post excidium vero idem ludibrio est habitus ex quadam cordis obduratione, quem nos legitime ac sincere observantes recepimus, et in hoc juxta .... verbum, cum ait .... diem sanctae festivitatis nostrae, quem electio consecuta est: caeteri vero occalluerunt, quemadmodum dixit scriptura. *Et post alia.*

Haec quippe ait: *Omnia facient vobis (propter nomen meum) quoniam non cognoverunt qui misit me.* Si autem et eum qui misit, et qui missus est nescierunt, dubitare haud licet, quin Pascha a lege praeceptum ignoraverint, ut non in loci electione duntaxat, sed etiam in mensis, qui primus est inter anni menses, exordio erraverint, cujus decimaquarta sincere observata, post aequinoctium Pascha veteres celebrarunt juxta divinum praeceptum, cum illud hodie ante aequinoctium nunc per-

νως ἀγνοοῦντες, ὥσπερ οὖν καὶ ἐπ' ἔτος ἐποίησαν, ὡς καὶ αὐ-
τὸς συνομολογῶν ἐν τούτοις γράφεις.

Εἴτε οὖν σφαλλόμενοι Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον
ποτὲ μὲν φαμενὼθ ἄγουσι τὸ ἑαυτῶν πάσχα εἴτε κατὰ τὸν ἐμ-
βόλιμον μῆνα κατὰ τριετίαν τῷ φαρμουθί, οὐδὲν ἡμῖν διαφέρει·
πρόκειται γὰρ ἡμῖν οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἀνάμνησιν τοῦ πάθους
αὐτοῦ ποιεῖσθαι, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν, ὡς οἱ ἀπ' ἀρχῆς
αὐτόπται παραδεδώκασι, πρὶν Αἰγυπτίους πιστεῦσαι. οὐ γὰρ B
νῦν πρῶτον ἐπιτηροῦντες τὸν σεληνιακὸν δρόμον ἄγουσιν αὐτὸ
ἐξ ἀνάγκης δὶς μὲν τῷ φαμενώθ, ἅπαξ δὲ κατὰ τριετίαν τῷ φαρ-
μουθί· ἀπ' ἀρχῆς γὰρ καὶ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας πάντοτε
οὕτω ποιήσαντες φαίνονται. ὅθεν καὶ αἰτιώμενος αὐτοὺς ὁ θεὸς V 8
διὰ τοῦ προφήτου ἔλεγεν, „καὶ εἶπον, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ·
ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν
μου.“

Ὅπερ, ὡς ὁρᾷς, καὶ ἐν τούτῳ φαίνει τὰ μεγάλα ψευδηγο-
ρῶν οὐ μόνον κατὰ ἀνθρώπων ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ θεοῦ, πρῶ-
τον μὲν ἐπεὶ οὐδέπω εἰς τοῦτο ἐπλανῶντο Ἰουδαῖοι, ἡνίκα συνῆ-
σαν αὐτοῖς οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται, πολλῷ δὲ μᾶλ- C
λον οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας. οὐδὲ γὰρ διὰ
τὴν νομοθεσίαν τοῦ πάσχα λέγει αὐτοὺς ὁ θεὸς ἀεὶ πλανωμέ-

2. γραφεὶς PV. 4. ἐμβολισμὸν PV. 6. οὐδὲν ἕτερον] οὐδὲν om. P. 8. Αἰγύπτιοι P. 10. δὶς] δεὶς V, ις' P. 13. καὶ — μου] Psal. XCIV. 10. 20. διὰ om. P.

agant, ac negligenter quidem et erronee omnino; ignorantes quemadmodum sua ii tempestate fecerunt, ut ipsemet fatetur qui in istis descriptus est.

Sive igitur errantes Judaei juxta lunarem cursum mense Phamenoth suum interdum agant Pascha, sive juxta mensem intercalarem unoquoque triennio mense Pharmuthi, nostra non interest. Nihil quippe aliud nobis propositum est, quam ut ejus passionis memoriam agamus, atque adeo hoc ipso tempore, quomodo qui suis ipsi oculis spectavere tradiderunt, priusquam Aegyptii crederent. Neque enim observato lunari cursu illud necessario peragunt xvi die Phamenoth, semel vero quolibet triennio mense Pharmuthi: ab initio quippe et ante Christi Incarnationem ita videntur egisse. Unde cum illos arguit Dominus per Prophetam, ait: *Et dixi semper hi errant corde, et juravi in ira mea si introibunt in requiem meam.*

Quod quidem ut vides, vel in eo etiam maxime mentiri apparet, non in homines modo, sed etiam in Deum: ac primo, cum in hoc nunquam erraverint Judaei, ut qui cum iis qui suis ipsi oculis viderunt, et ministri fuerunt, conversabantur, multo magis neque ab initio antequam Christus nasceretur. Neque enim propter legis de Paschate praeceptum illos ait Deus semper corde errasse, quemadmodum scripsisti, sed pro-

νους τῇ καρδίᾳ, ὥσπερ σὺ ἔγραψας, ἀλλὰ διά τε τὴν ἄλλην πᾶσαν παρακοὴν καὶ διὰ τὰ πονηρὰ καὶ ἀηδῆ αὐτῶν ἔργα, ἅτε δὴ ὁρῶν αὐτοὺς ἐν εἰδωλολατρείαις καὶ πορνείαις ἀναστρεφομένους.

Καὶ μετ' ὀλίγα, Ὥστε καὶ ἐν τούτῳ πολύ, καὶ πάνυ γε πολύ, ἐπεὶ καθύπνωσας, διέγειρον σεαυτὸν τοῖς τοῦ ἐκκλησιαστοῦ βουκέντροις, μεμνημένος μάλιστα τοῦ λέγοντος, „ὀλίσθημα ἀπὸ ἐδάφους μᾶλλον ἢ ἀπὸ γλώσσης.“ καὶ γάρ, ὡς πάλιν ὁρᾷς,
D *ἐπὶ τοὺς καθηγησαμένους αὐτῶν φθάνει τὸ ἐπενεχθὲν ὑπὸ σοῦ ἔγκλημα· καὶ ἔστιν ὑφορᾶσθαι τὸν παρακολουθοῦντα μέγαν κίνδυνον, ἅτε δὴ ἀκουόντων ἡμῶν ὅτι ὁ βάλλων λίθον εἰς ὕψος ἐπὶ κεφαλὴν αὐτοῦ βάλλει. εὐχερὴς δὲ μᾶλλον καὶ πᾶς ὅστις τολμᾷ ἐν τούτῳ καὶ Μωϋσέα τὸν τηλικοῦτον θεράποντα τοῦ θεοῦ αἰτιᾶσθαι ἢ τὸν διαδεξάμενον αὐτὸν Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ ἢ τοὺς καθεξῆς τοὺς εὖ παρηκολουθηκότας αὐτῶν καὶ ἄρξαντας, λέγω δὴ τοὺς κριτὰς καὶ τοὺς φαινομένους βασιλέας ἢ καὶ τοὺς πνευματοφόρους προφήτας καὶ ἔτι τοὺς γενομένους ἐν αὐτοῖς ἀμέμπτους ἀρχιερέας, οἷς εἰ καὶ μὴ**σιν ἑπόμενοι, ἀλλ' οὖν*
P 4 *γε ἐν τῇ τοῦ πάσχα εὐκαιριμωτάτῃ παραφυλακῇ συνεφώνουν, ὡς ἐν ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς.*

Καὶ μεθ' ἕτερα, Ὥστε ἐπὶ τὸ ἀκινδυνότερον μᾶλλον καὶ εὐφημότερον ἐχρῆν καταδραμεῖν, καὶ μὴ ῥιψοκινδύνως καὶ δυσφή-

1. *ὥσπερ συνέγραψας* PV. 2. *ἀειδῆ* P. 6. *σὲ αὐτὸν* V, *ἑαυτὸν* P. *ibid.* *ἐκκλησιαστοῦ*] Sirach XX. 18. 7. *βουκέτροις* V. 8. *μᾶλλον* om. P. 12. *μᾶλλον*] *ἄλλον* P. 13. *Μωϋσέα*] *Μωϋσῆ* P. 16. *δὴ*] *ἔτι* P. *ibid.* *ἢ*] *ἢ* [*δὲ*] P. 18. *οἷς εἰ*] *οἷσει* PV. *ibid.* *ἀλλ' οὖν*] *ἀλλοιοῦν* P.

pter aliam inobedientiam, et propter mala ac turpia eorum opera, cum scilicet ad idolorum cultum et ad fornicationes sese illos convertisse adverteret.

Et post pauca: Vel in hoc multum, multumque omnino, si quidem dormitabas, te ipsum Ecclesiastae flagellis excitasti, memor praesertim loci illius, ubi ait, *lapsus a terra vel a lingua.* Quippe, ut rursum vides, objectum a te crimen in illorum duces reflectitur: quinetiam magnum subsequens periculum licet suspicari, utpote cum audiamus lapidem quem quis in altum projecerit in illius caput recidere. Multo magis temerarius est, qui in hoc Moysen, talem Dei servum, audet criminari, vel qui ei successit Jesum filium Nave, vel qui exinde hos recte sunt sectati, vel qui ipsimet incoepere, Judices, inquam, ac Reges, vel quos Spiritus sanctus inspiravit Prophetas, illosque qui inter summos Pontifices inculpati extitere, quique traditiones secuti nihil immutarunt, verum in opportuna Paschatis observatione, ut et in aliis suis festivitatibus consenserunt.

Et post alia: Sed et tutius suaviusque longe magis currendum erat,

μως γράφειν ὅτι ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἀεὶ φαίνονται περὶ τὸ πάσχα πλανώμενοι. ὅπερ οὐκ ἔχεις δεῖξαι, ὁπόσα κἂν θέλεις δημηγορεῖν τοῖς νυνὶ κατὰ πολλὴν πλάνην τῆς τε νομοθεσίας τοῦ πάσχα καὶ τῶν ἄλλων ἐκπεπτωκόσι. φαίνονται γὰρ οἱ πάλαι μετὰ ἐαρινὴν ἰσημερίαν αὐτὸ ποιοῦντες· ὅπερ δύνασαι γνῶναι ἐντυχὼν συγγράμμασιν ἀρχαίοις οἷς μάλιστα ἀνεγράψαντο οἱ παρ' Ἑβραίοις σοφοί. καὶ Ἀθανάσιος δὲ ὁ μέγας τῆς Ἀλεξαν- B δρέων ἐκκλησίας φωστὴρ ἐν τῇ μνημονευθείσῃ πρὸς Ἐπιφάνιον ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ διδάσκει λέγων οὕτως. Οὐκοῦν ὥσπερ συνήθλησας καὶ συνεχάρης, οὕτω καὶ τοῦ μέμφεσθαι παῦσαι, καὶ μᾶλλον εὔχου ἵνα τοῦ λοιποῦ ἡ μὲν ἐκκλησία βεβαίαν τὴν εἰρήνην ἔχῃ, καὶ παύσονται αἱ αἱρέσεις τῆς μιαιφόνου προαιρέσεως, παύσονται δὲ καὶ οὗτοι φιλονεικοῦντες οἱ ἐφευρόντες ἑαυτοῖς ζητήματα, προφάσει μὲν τοῦ σωτηριώδους πάσχα, ἔργῳ δὲ τῆς ἰδίας ἔριδος χάριν μάλιστα, ὅτι ἐξ ἡμῶν εἶναι δοκοῦντες καὶ χριστιανοὶ αὐχοῦντες λέγεσθαι ζηλοῦσι τὰ τῶν προδεδωκότων Ἰουδαίων. ὁποία γὰρ αὐτοῖς καὶ πιθανὴ ἀπολογία γένοιτ' ἂν C ἄρα, ἐπειδὴ γέγραπται, „τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων καὶ ἐν ᾗ ἔδει θύειν τὸ πάσχα.“ ἀλλ' ἐγίνετο τότε καλῶς, νῦν δὲ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ.

Ὅτι μὲν οὖν οὐ μόνον μέχρι τοῦ κυριακοῦ πάθους, ἀλλὰ καὶ ἕως τῆς ὑστάτης ἁλώσεως Ἱεροσολύμων τῆς γενομένης ἐπὶ

16. ζηλοῦσι ταὐτῶν P. 18. γέγραπται] Marc. XIV. 12. 19. νῦν δὲ] νυνὶ P. 20. τὸ γεγραμμένον] Ps. XCIV. 10. 21. οὐ μόνον om. P. 22. ἕως] ἐπὶ P.

non vero temere ac perperam scribendum, ab initio et semper circa Pascha errasse videri, cum id minime possis ostendere, quidquid ingerere velis iis qui nunc cum plurimo errore a legis praecepto de Paschate et aliis aberrant. Videntur enim veteres illud egisse post vernum aequinoctium, quod nosse tibi licebit libros veteres legenti, illosque maxime qui a sapientibus Hebraeis sunt conscripti. Athanasius vero ingens Alexandrinae Ecclesiae lumen, in memorata ad Epiphanium Episcopum epistola, hisce verbis illud docet: Nunquid ut simul pugnasti, ita et simul laetatus es? Sic desiste criminari, quin potius precare, ut firmam in posterum pacem habeat Ecclesia: tum vero cessabunt nefarii propositi studia ac consilia: desistent etiam a disputationibus suis qui invenerunt sibi quaestiones salutaris quidem specie Paschatis, reapse vero suae praesertim contentionis gratia, qui cum ex nostris esse videantur, et Christiani gestiant nuncupari, ipsos imitantur Judaeos qui Christum tradiderunt. Qualis enim iis probabilisque erit responsio? quandoquidem scriptum est: *Et primo die Azymorum quando Pascha immolabant.* Atqui illud tum recte agebatur, nunc vero, uti scriptum est, *Semper hi errant corde.*

Hactenus igitur usque ad Dominicam Passionem, atque adeo in po-

V 4 Οὐεσπασιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ἀπλανῶς τάττων τὴν ιδ' τοῦ
πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς τὸ νομικὸν ἑόρταζε
πάσχα διὰ τούτων συντόμως ἀποδέδεικται. τῶν ἱερῶν τοίνυν
προφητῶν καὶ πάντων, ὡς ἔφην, ὁμοῦ τῶν ὁσίως καὶ δικαίως
D ἐν τῷ νόμῳ κυρίου πολιτευσαμένων σὺν παντὶ τῷ λαῷ τὸ τυπικὸν
καὶ σκιῶδες πάσχα ἑορταζόντων, ὁ πάσης ἀοράτου καὶ ὁρατῆς
κτίσεως δημιουργὸς καὶ δεσπότης, ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος,
ὁ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι συναΐδιος καὶ ὁμοούσιος κατὰ
τὴν θεότητα, ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ἐπὶ
συντελείᾳ τῶν αἰώνων κατὰ σάρκα τεχθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου
δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου καὶ κατὰ ἀλήθειαν
θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθείς, καὶ τοῖς ὁμοουσίοις
κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος ἀληθῶς συνα-
ναστραφείς, καὶ αὐτὸς σὺν τῷ λαῷ ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς πρὸ τοῦ
P 5 κηρύγματος καὶ τοῖς ἐν τῷ κηρύγματι τὸ νομικὸν καὶ σκιῶδες
πάσχα ἐπετέλεσεν, ἐσθίων τὸν τυπικὸν ἀμνόν. „οὐκ ἦλθον γὰρ
καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι", αὐ-
τὸς ἐν εὐαγγελίοις εἴρηκεν ὁ σωτήρ. ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν, οὐκ
ἔφαγε τὸν ἀμνόν, ἀλλ' αὐτὸς ἔπαθεν ὡς ἀληθινὸς ἀμνὸς ἐν τῇ
τοῦ πάσχα ἑορτῇ, καθὼς διδάσκει ὁ θεολόγος καὶ εὐαγγελι-
στὴς Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίῳ, λέγων οὕτως· „ἄγου-
σιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον· ἦν δὲ

16. seq. ἀμνόν PV. *ibid.* οὐκ ἦλθον] Matth. V. 17. 21. Ἰωάννης] XV. 28.

stremo Hierosolymitano excidio, quod sub Vespasiano Romanorum Imperatore contigit, populum Israëlitam XIV. primi mensis Lunae recte statuta, legale celebrasse Pascha breviter demonstratum est. Sacris ergo Prophetis omnibusque, ut dixi, sancte simul et juste in lege Domini versantibus, cum universo populo, typicum et umbratile Pascha celebrantibus, invisibilis et visibilis omnis creaturae Conditor, ac Dominus unigenitus Filius, et Verbum Patri et Spiritui sancto coaeternum, ejusdemque secundum Deitatem substantiae, Dominus noster et Deus Jesus Christus in saeculorum consummatione secundum carnem natus, ex sancta gloriosa Domina nostra Dei genitrice et semper virgine, ac revera Dei genitrice Maria, et in terra visus, et ejusdem substantiae secundum humanitatem cum hominibus, ut homo, vere conversatus, ipseque cum populo annis ante praedicationem, et in praedicatione legale et typicum Pascha celebravit, comedens agnum typicum: neque enim se venisse ut Legem solveret vel Prophetas, sed ut adimpleret, ipsemet in Evangeliis dixit Salvator. Postquam vero praedicavit, non comedit agnum, sed ipse passus est ut verus agnus in Paschali festivitate, quemadmodum docet Theologus et Evangelista Joannes in Evangelio abs se conscripto, ubi sic ait: *Adducent ergo Jesum ad Caypham in praetorium. Erat autem*

πρωΐα, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.“ καὶ μετ' ὀλίγα, „ὁ οὖν Πιλᾶτος ἀκούσας τοῦτον τὸν λόγον ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ. ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα· ὥρα ἦν ὡσεὶ B τρίτη“· καθὼς τὰ ἀκριβῆ βιβλία περιέχει, αὐτό τε τὸ ἰδιόχειρον τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὅπερ μέχρι τοῦ νῦν πεφύλακται χάριτι θεοῦ ἐν τῇ Ἐφεσίων ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπὸ τῶν πιστῶν ἐκεῖσε προσκυνεῖται. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστής φησιν, „οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν· ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου· ἠρώτησαν τὸν Πιλᾶτον ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη καὶ ἀρθῶσιν.“ ἐν αὐτῇ οὖν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἤμελλον οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑσπέραν ἐσθίειν τὸ πάσχα, ἐσταυρώθη ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ ὁ Χριστός, θῦμα γενόμενος τοῖς μέλλουσι μετα- C λήψεσθαι τῆς πίστεως τοῦ κατ' αὐτὸν μυστηρίου κατὰ τὸ γεγραμμένον τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, „καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός,“ καὶ οὐχ ὥς τινες ἀμαθίᾳ φερόμενοι διαβεβαιοῦνται ὡς φαγὼν τὸ πάσχα παρεδόθη· ὅπερ οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων μεμαθήκαμεν οὔτε τις τῶν μακαρίων ἡμῖν ἀποστόλων τι τοιοῦτον παραδέδωκεν. ἐν ᾧ οὖν καιρῷ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰη-

1. πρωῒ P. 2. μετ' ὀλίγα] XIX. 13. 4. ἐπὶ τοῦ βήματος P. 9. φησιν εὐαγγελιστής P. XIX. 31. 11. ἐκείνη P. 13. ἔμελλον P. 15. ὁ] Ἰησοῦς P. 17. Παύλῳ] Cor. I. 5. 7. 18. ἀμαθείᾳ PV. 21. τι τοιοῦτον om. P.

mane, et ipsi non introierunt Praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Et post pauca: *Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum, et sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraïce autem Gabbatha. Erat autem Parasceve hora quasi tertia*, ut accurati libri praeferunt, ipsumque Evangelistae manu descriptum exemplar, quod divina gratia ad haec usque tempora in sanctissima Ephesiorum Ecclesia asservatur, et a fidelibus ibi colitur. Rursum porro ait idem Evangelista: *Judaei ergo, quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora, erat enim magnus ille dies Sabbati; rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur.* Isto igitur die quo Judaei manducaturi erant Pascha, crucifixus est Dominus noster et Salvator Jesus Christus, hostia factus iis, qui sumpturi erant fidei secundum illum mysterium, juxta quod scriptum est a Beato Paulo: *Pascha enim nostrum pro nobis immolatus est Christus*, non vero, uti qui prae ignorantia labuntur, asserunt, cum Pascha manducaret traditus est: quod neque ex sanctis Evangeliis didicimus, neque quisquam ex beatis Apostolis nobis tradidit. Quo igitur tempore passus est

σοῦς ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ νόμον οὐκ ἔφαγε πάσχα, ἀλλ' ὡς
ἔφην, αὐτὸς ὡς ἀληθὴς ἀμνὸς ἐτύθη ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ σκιώ-
δους πάσχα ἑορτῇ ἐν ἡμέρᾳ παρασκευῇ, τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μη-
D νὸς τῆς σελήνης. πέρας οὖν ἀπείληφε τὸ τυπικὸν πάσχα τοῦ
ἀληθινοῦ πάσχα παραγενομένου· τὸ γὰρ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν
ἐτύθη Χριστὸς, ὡς πρόκειται καὶ διδάσκει τὸ σκεῦος τῆς ἐκλο-
γῆς ὁ ἀπόστολος Παῦλος.

Ὅτι δὲ ἐν ᾧ καιρῷ ἔπαθεν ὁ σωτὴρ τὸν νομικὸν καὶ σκιώδη
οὐκ ἔφαγεν ἀμνὸν καὶ διὰ τῶν εἰρημένων εὐαγγελικῶν καὶ πα-
τρικῶν διδαγμάτων δῆλον γεγένηται. εἰ γὰρ ἀπλανῶς τάττων ὁ
V 5 λαὸς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τὴν ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς
σελήνης τὸ νομικὸν ἐπετέλει πάσχα, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ τοῦ πάσχα
ἡμέρᾳ ἤτοι τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς παρασκευῆς οὔσης ἐσταύ-
P 6 ρωσαν τὸν κύριον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τότε τὸ πάσχα ἔφαγον κατὰ
τὴν τῶν εὐαγγελίων καὶ τῶν θεοφόρων πατέρων διδασκαλίαν,
φανερόν ἐστιν ὅτι οὐκ ἔφαγεν τὸν νομικὸν ἀμνὸν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέ-
ρᾳ ὁ κύριος, ἀλλ' αὐτὸς ἔπαθεν ὡς ἀληθὴς ἀμνός. πολλῆς δὲ
οὔσης τῆς περὶ τούτου σὺν ἀποδείξει μαρτυρίας τῶν ἁγίων τῆς
ἐκκλησίας διδασκάλων, ὀλίγας αὐτῶν φωνὰς ἐνταῦθα παροίσο-
μεν, ἐν αἷς σαφῶς λέγουσιν ὅτι ἐν ᾧ καιρῷ ἔπαθεν ὁ κύριος τὸν
νομικὸν οὐκ ἔφαγεν ἀμνόν.

Ἱππόλυτος τοίνυν ὁ τῆς εὐσεβείας μάρτυς, ἐπίσκοπος γεγο-
νὼς τοῦ καλουμένου Πόρτου πλησίον τῆς Ῥώμης, ἐν τῷ πρὸς

19. φωνὰς αὐτῶν P. 22. μάρτυρ P.

pro nobis secundum carnem Dominus noster et Deus Jesus Christus, legale non manducavit Pascha, sed, ut dixi, ipse ut verus agnus immolatus est pro nobis in umbratilis Paschatis festivitate, die Parasceves, xiv. primi mensis Lunae. Desiit ergo typicum Pascha, vero praesente Paschate: *Pascha enim nostrum pro nobis immolatus est Christus*, ut superius dictum est, docetque vas electionis Paulus Apostolus.

Quod vero, quo passus est tempore, legalem et umbratilem agnum non manducavit Salvator, ex laudatis Evangelistis et ex Patrum doctrinis patet omnino. Si enim recte statuta hisce temporibus xiv. primi mensis Lunae legale peregit Pascha, hac autem Paschatis die, seu xiv. primi mensis, cum Parasceve esset, Christum crucifixerunt Judaei et tunc Pascha manducaverunt, juxta Evangelia et sanctorum Patrum doctrinam, evidens est agnum legalem die illa non manducasse Dominum, sed ipsum passum esse ut verum agnum. At cum multa hac de re extent cum demonstratione sanctorum Ecclesiae Doctorum testimonia, quae paucis verbis dixere consulto hic omittimus, ubi perspicue aiunt, quo tempore passus est, Dominum legalem agnum non manducasse.

Hippolytus igitur pietatis Martyr, Portus juxta Romam Episcopus, in libro quem adversus omnes haereses confecit, haec ita verbo tenus

ἀπάσας τὰς αἱρέσεις συντάγματι ἔγραψεν ἐπὶ λέξεως οὕτως. Ὁρῶ μὲν οὖν ὅτι φιλονεικίας τὸ ἔργον. λέγει γὰρ οὕτως· ἐποίησε τὸ πά- B σχα ὁ Χριστὸς τότε τῇ ἡμέρᾳ καὶ ἔπαθεν· διὸ κἀμὲ δεῖ ὃν τρόπον ὁ κύριος ἐποίησεν, οὕτω ποιεῖν. πεπλάνηται δὲ μὴ γινώσκων ὅτι ᾧ καιρῷ ἔπασχεν ὁ Χριστὸς οὐκ ἔφαγε τὸ κατὰ νόμον πάσχα. οὗτος γὰρ ἦν τὸ πάσχα τὸ προκεκηρυγμένον καὶ τὸ τελειούμενον τῇ ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τοῦ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα συγγράμματος εἴρηκεν οὕτως. Οὐδὲ ἐν τοῖς πρώτοις οὐδὲ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὡς οὐκ ἐψεύσατο πρόδηλον, ὅτι ὁ πάλαι προειπὼν ὅτι Οὐκέτι φάγομαι τὸ πάσχα εἰκότως τὸ μὲν δεῖπνον ἐδείπνησεν πρὸ τοῦ πάσχα, τὸ δὲ πάσχα οὐκ ἔφαγεν, ἀλλ' ἔπαθεν. οὐδὲ γὰρ καιρὸς ἦν τῆς βρώσεως αὐτοῦ. C

Ἀπολλιναρίου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, ὅτι ἐν ᾧ καιρῷ ὁ κύριος ἔπαθεν οὐκ ἔφαγεν τὸ τυπικὸν πάσχα.

Καὶ Ἀπολλινάριος δὲ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας, ὁ ἐγγὺς τῶν ἀποστολικῶν χρόνων γεγονώς, ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ τὰ παραπλήσια ἐδίδαξε, λέγων οὕτως. Εἰσὶ τοίνυν οἳ δι' ἄγνοιαν φιλονεικοῦσι περὶ τούτων, συγγνωστὸν πρᾶγμα πεπονθότες· ἄγνοια γὰρ οὐ κατηγορίαν ἀναδέχεται, ἀλ-

5. ᾧ primitus V, nunc ὡ, τῷ P. 7. τὸ τελειούμενον] τὸ om. P. 14. τοῦ Ἀ. P. ibid. Ἀπολιναρίου PV hic et 16.
20. ἄγνοια V.

scripsit: Video ergo in quo dissidium consistat: sic enim ait: Fecit Pascha Christus hac die, ideo necesse est ut eodem modo faciam quo fecit Dominus. Verum fallitur, cum non advertat, illo quo passus est tempore, non manducasse Christum legale Pascha. Erat enim ipse Pascha; quod praenuntiatum fuerat, ac hora statuta completum fuit.

Et rursum, in libro primo de sancto Paschate, sic loquitur: Neque in primis neque in postremis falsum esse perspicuum est: nam qui olim praedixit, *Quia non adhuc manduco Pascha*, verisimiliter coenam coenavit ante Pascha: Pascha vero non manducavit, sed passus est: neque enim manducationis illius erat tempus.

Ex Apollinario Hierapoleos Episcopo, quod eo tempore quo passus est, Dominus non comedit typicum Pascha.

Et Apollinarius sanctissimus Hierapoleos Asiae Episcopus, qui Apostolicis temporibus proximus fuit, in libro quem de Paschate conscripsit, consentanea docuit, hisce verbis: Quidam igitur sunt qui ex ignorantia de hisce excitant contentiones, rem venia dignam passi (neque enim ac-

D λῦ διδαχῆς προσδεῖται· καὶ λέγουσιν ὅτι τῇ ιδʹ τὸ πρόβατον μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ κύριος, τῇ δὲ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων αὐτὸς ἔπαθεν, καὶ διηγοῦνται Ματθαῖον οὕτω λέγειν ὡς νενοήκασιν· ὅθεν ἀσύμφωνός τε νόμῳ ἡ νόησις αὐτῶν καὶ στασιάζειν δοκεῖ κατ' αὐτοὺς τὰ εὐαγγέλια.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ γέγραφεν οὕτως. Ἡ ιδʹ τὸ ἀληθινὸν τοῦ κυρίου πάσχα, ἡ θυσία ἡ μεγάλη, ὁ ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ παῖς θεοῦ, ὁ δεθείς, ὁ δήσας τὸν ἰσχυρόν, καὶ ὁ κριθεὶς κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ ὁ παραδοθεὶς εἰς χεῖρας
P 7 ἁμαρτωλῶν, ἵνα σταυρωθῇ, ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ κεράτων μονοκέρωτος, καὶ ὁ τὴν ἁγίαν πλευρὰν ἐκκεντηθείς, ὁ ἐκχέας ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ τὰ δύο πάλιν καθάρσια, ὕδωρ καὶ αἷμα, λόγον καὶ πνεῦμα, καὶ ὁ ταφεὶς ἐν ἡμέρᾳ τῇ τοῦ πάσχα, ἐπιτεθέντος τῷ μνήματι τοῦ λίθου.

Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεύς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος καὶ οὐ μακρὰν τῶν ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων, ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ τὰ παραπλήσια διδάσκει, γράφων οὕτως. Τοῖς μὲν οὖν παρεληλυθόσιν
V 6 ἔτεσι τὸ θυόμενον πρὸς Ἰουδαίων ἤσθιεν ἑορτάζων ὁ κύριος πάσχα· ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν αὐτὸς ὢν τὸ πάσχα, ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὡς
B πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, αὐτίκα ἐδίδαξε μὲν τοὺς μαθητὰς τοῦ τύπου τὸ μυστήριον τῇ ιγʹ, ἐν ᾗ καὶ πυνθάνονται αὐτοῦ, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ πάσχα φαγεῖν; ταύτῃ οὖν

4. ἀσυμφώνως PV. 7. τοῦ ἀληθινοῦ P. 17. τῷ] ᾧ V, ni fallor. 23. Matth. XXVI. 17.

cunctationem admittit ignorantia, sed eget doctrina) aiuntque XIV. agnum cum Discipulis manducasse Dominum, magna vero Azymorum die passum esse, atque ita dicere Matthaeum, uti illum intelligunt, unde legi contraria est eorum interpretatio, iisque adversari videntur Evangelia.

Rursum in eodem libro sic ille scripsit: Decima quarta veri Paschatis Domini, sacrificium magnum, pro agno Dei filius, qui vinctus fortem vinxit et qui judicatus est, judex est vivorum et mortuorum, et qui traditus est in manus peccatorum ut crucifigeretur, qui super cornua unicornis est exaltatus, et qui in sacro latere percussus est, qui ex latere suo duo fudit purgatoria, aquam et sanguinem, verbum et spiritum, et qui Paschatis die sepultus est, lapide monumento imposito.

Sed et Clemens sanctissimus Alexandrinae Ecclesiae Presbyter, vir antiquissimus, et qui non multum abfuit ab Apostolicis temporibus, in libro de Paschate consimilia docet, ita scribens: Praeteritis ergo temporibus immolatum a Judaeis Pascha, festum agens, manducavit Dominus. Sed postquam praedicavit, ipse qui erat Pascha Agnus Dei, ut ovis ad occisionem ductus, Discipulos statim edocuit figurae mysterium decima quarta, qua etiam illum rogarunt, *Ubi vis paremus tibi Pascha manducare*

τῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο. ὅθεν ὁ Ἰωάννης ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰκότως ὡς ἂν προετοιμαζομένους ἤδη ἀπονίψασθαι τοὺς πόδας πρὸς τοῦ κυρίου τοὺς μαθητὰς ἀναγράφει· πέπονθεν δὲ τῇ ἐπιούσῃ ὁ σωτὴρ ἡμῶν, αὐτὸς ὢν τὸ πάσχα, καλλιερηθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων. καὶ μεθ' ἕτερα, Ἀκολούθως ἄρα τῇ ιδ', ὅτε καὶ ἔπαθεν, ἕωθεν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τῷ Πιλάτῳ προσαγαγόντες οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἀκωλύτως ἑσπέρας τὸ πάσχα φάγωσι. ταύτῃ τῶν ἡμερῶν τῇ ἀκριβείᾳ C καὶ αἱ γραφαὶ πᾶσαι συμφωνοῦσι καὶ τὰ εὐαγγέλια συνῳδά. ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἀνάστασις· τῇ γοῦν τρίτῃ ἀνέστη ἡμέρᾳ, ἥτις ἦν πρώτη τῶν ἑβδομάδων τοῦ θερισμοῦ, ἐν ᾗ καὶ τὸ δράγμα νενομοθέτητο προσενεγκεῖν τὸν ἱερέα.

Ὅτι μὲν οὖν ἐν ᾧ καιρῷ πέπονθεν ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ οὐκ ἔφαγε τὸν νομικὸν καὶ σκιώδη ἀμνόν, ἀλλ' αὐτὸς ὡς ἀληθὴς ἀμνὸς ἐτύθη ὑπὲρ ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ παρασκευῇ τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, καὶ διὰ τούτων δῆλον γεγένηται. παθόντος τοίνυν, ὡς εἴπομεν, κατὰ σάρκα τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ ἑκούσιον καὶ ζωοποιὸν πάθος ἐν τῇ τοῦ νομικοῦ πάσχα ἑορτῇ, τουτέστιν τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, καὶ ἀναστάντος τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς τῇ D μιᾷ τῶν σαββάτων, ἥτις ἐστὶν κυριακή, ις' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, ἐν ᾗ καὶ τὸ δράγμα νενομοθέτητο προσφέρειν τὸν

3. παρετοιμαζ. V. 7. προσαγόντες P. 8. Ioan. XVIII. 28. 12. ἐν πρώτῃ V. 13. νομοθετεῖτο προσενεγκεῖν P, ἐνομοθετεῖτο προσενεγκεῖν V.

care? Hac igitur die, et sanctificatio Azymorum et festi praeparatio facta est. Unde Joannes ubi hac die rite paratis jam Discipulis, quo a Domino abluerentur, scripsit, subdit, *Passus est sequenti die Dominus noster cum ipse esset Pascha, immolatus a Judaeis.* Et post alia: *Post haec ergo decimaquarta, quando passus est, ipso mane ad Palatium adducto, Pontifices et Scribae non introierunt Praetorium, ut non contaminarentur, sed ut vespere libere manducarent Pascha.* Huic dierum accurationi scripturae omnes consentiunt, atque adeo Evangelia sibi invicem consentanea. Quinetiam idipsum testatur Resurrectio: tertia enim die resurrexit, quae est in prima hebdomade messis, qua et manipulum deferre Pontifex a lege praecipitur.

Quod igitur, eo quo passus est tempore, Dominus noster et Salvator legalem et umbratilem agnum non manducavit, sed ipse ut verus agnus immolatus est pro nobis die Parasceves, XIV. primi mensis Lunae, ex iis perspicuum fit. Passo ergo, ut diximus, secundum carnem Domino nostro et Deo Jesu Christo voluntariam et vivificam passionem, in legalis Paschatis festo, hoc est XIV. primi mensis Lunae, et resurgente secunda die, secundum scripturas, una Sabbati, quae est Dominica, XVI.

ἱερέα, πέρας ἀπείληφε τὸ τυπικὸν πάσχα, τοῦ ἀληθινοῦ πάσχα παραγενομένου.

Τότε οὖν παυθέντος ἤγουν πληρωθέντος τοῦ τυπικοῦ καὶ σκιώδους πάσχα ἤρξατο τὸ ἀληθινὸν τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας πάσχα· οὗπερ εἰς ἀνάμνησιν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖ, ἀπλανῶς τηροῦσα τὴν ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς P 8 *σελήνης, ἐν ᾗ τὸ νομικὸν ἐπιτελεῖσθαι προστέτακται πάσχα, μετὰ ἐπίβασιν τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν γίνεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐδίδαξεν· καὶ εἰ μὲν εὑρεθείη αὕτη, λέγω δὲ ἡ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ, εἰς τὴν ἑξῆς κυριακὴν τὴν ἁγίαν τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἑορτὴν ἄγειν, εἰ δὲ ἐν δευτέρᾳ ἢ τρίτῃ ἢ τετράδι ἢ πέμπτῃ ἢ παρασκευῇ ἢ σαββάτῳ, τοῦ πάσχα διαφωνίαν οὐκ ἴσχυσαν οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι, ἀλλ' ἡ θεία χάρις τοὺς πολεμίους τῆς ἐκκλησίας καταβαλοῦσα τὸν μέγαν ὡς ἀληθῶς καὶ πιστότατον βασιλέα Κωνσταντῖνον ἀνέστησεν, ὃς ἐπὶ πλεῖον τὰ χριστιανῶν εἰς φαιδρότητα καὶ δόξαν ἤγαγεν διὰ μεγίστων καὶ* B *πολλῶν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας θεαρέστων κατορθωμάτων. οὗτος εὑρὼν τὴν τοιαύτην διαφωνίαν ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις, καὶ πρὸς ταύταις Ἄρειον τὸν δυσσεβῆ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν σφοδρῶς τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν ἀνασκευάσαι σπουδάζοντας καὶ πολλὴν ταραχὴν ταῖς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις ἐμποιοῦν-*

13. εἰ] ἡ V. 21. Ἄρειον V.

primi mensis Lunae, qua et manipulum offerre Pontificem lex praecipit, finem accepit typicum Pascha, cum Pascha verum adfuit.

Tunc ergo cessato seu adimpleto typico et umbratico Paschate, verum sanctae Dei Catholicae et Apostolicae Ecclesiae Pascha incoepit, in cujus memoriam sanctum Paschatis festum quotannis Ecclesia Dei celebrat, recte observata XIV. primi mensis Lunae, qua legale Pascha peragere praeceptum est, post ascensum diei, qua vernum aequinoctium fieri Spiritus sanctus edocuit: et si inventa illa fuerit (decima quarta, inquam, primi mensis Lunae) die Dominica, sequenti Dominica sanctum Christi Dei nostri ex mortuis Resurrectionis festum peragere. Enimvero, si secunda, tertia, quarta aut quinta feria, Parasceve, vel Sabbato ipsamet occurrat, cum hanc Paschatis dissonantiam componere non potuissent Ecclesiae discipuli, post prostratos Ecclesiae hostes, Magnum revera ac in fide constantissimum Imperatorem Constantinum Dei gratia excitavit, qui res Christianorum, maximis plurimisque editis pro Ecclesia Deo acceptis facinoribus, in splendorum et gloriam non modice provexit. Is enim cum tantam in sanctis Dei Ecclesiis esse dissensionem animadverteret, in iisque impium Arium, ejusque sequaces rectam et inculpatam fidem acriter invertere conari, plurimo in Dei Ecclesiis excitato tumultu,

τας, τῷ θείῳ ζήλῳ κινούμενος πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν καὶ τὴν τῶν δογμάτων τῆς εὐσεβείας ὀρθότητα τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον τῶν τιη´ ὁσίων πατέρων ἐπὶ τῆς Νικαέων συνήθροισεν· οἵτινες σὺν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐκεῖσε V 7
συνελθόντες, καὶ τὴν Ἀρείου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν μανίαν διελέγξαντες, τὸ τῆς πίστεως σύμβολον ἐξέθεντο, ὅρον τε ἔθηκαν συμφώνως ἅπαντες περὶ τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ πάσχα· ὥστε καὶ C
τοὺς ἀπὸ τῆς κοίλης Συρίας καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τὸν ἀποστολικὸν καὶ εὐαγγελικὸν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως λόγον ὑγιῆ διασώζοντας τῷ ἀρχαίῳ ἔθει τῆς τε Ῥωμαίων ἐκκλησίας καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ τῶν πλείστων ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κατακολουθεῖν, καὶ συμφώνως ἅπαντας ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἑορτάζειν τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν πάσχα. τούτων συμφώνως ὑπὸ τῆς ἁγίας ὁρισθέντων συνόδου, ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος δι' οἰκείων αὐτοῦ γραμμάτων τοὺς ἁπανταχόσε τῆς ἱερωσύνης ἀρχηγοὺς καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τῆς εὐσεβείας τροφίμους εἰρηνεύειν προέτρεπε καὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν ἐμμένειν περί τε τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως καὶ τοῦ σωτηριώδους καὶ ζωοποιοῦ πάσχα ὑπὸ τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου· τοὺς δὲ μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἀποκηρύκτους εἶναι καὶ ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας προσέταττε, συμφωνούντων αὐτῷ ἐν τούτοις ἅπασι καὶ τῶν ἁπανταχόσε ἀνεπιλήπτως προεστώτων τῶν

3. ἐπὶ τῆς Νικαέων] ἐν Νικαίᾳ P. 4. τῷ ἁγίῳ] ἁγίῳ P.
5. τὴν — τῶν] τὴν — τὸν V, τῶν — τὴν P.

divino motus zelo, ad pacem et concordiam, ac pietatis dogmatum integritatem, sanctam, magnam, et oecumenicam cccxviii. sanctorum Patrum Synodum Nicaeae coëgit, qui cum Spiritu sancto ibi convenientes damnata Arii et ejus assecларum vesania, fideique exposito symbolo, de sancto et vivifico Paschate, assensu unanimi definitionem universi confecere: adeo ut qui ex Coelesyria erant, omnesque omnino qui Apostolicum et Evangelicum orthodoxae fidei sanum observant sermonem, veterem Romanae ac Alexandrinae Ecclesiae, plurimarumque sanctarum Dei Ecclesiarum morem in universo terrarum orbe secuti sint, concorditerque uno eodemque die sanctum prorsus et vivificum Pascha celebrarint. His unanimiter a sancta Synodo sic definitis ac promulgatis, Pius ac Christi amans Constantinus Imperator, Sacris suis ubique emissis, Sacerdotii Principes, ut omnes prorsus pietatis alumni pacem invicem colerent, est adhortatus: utque de recta et inculpata fide, et salutari ac vivifico Paschate, a sancta illa et oecumenica Synodo sancitis insisterent: qui vero contra agerent, a communione pellerentur, extorresque essent a sancta Dei Catholica et Apostolica Ecclesia praecepit, in hisce consentientibus universis qui inculpate sanctis Christi Ecclesiis erant praepositi sanctis

P 10 *μενον πλατὺν γέλωτα κατὰ τῆς ἐκκλησίας κινεῖν, καὶ δι' αὐτοῖ ἐπισκώπτειν τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον.*

Τούτου τοίνυν γεγενημένου τινὲς τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διεγερθέντες δι' ἀναγκαίων λόγων τὴν τοιαύτην ἀλλόκοτον καὶ ἀπαίδευτον τῶν συνταξάντων τὸν εἰρημένον κύκλον τῶν ἐνενήκοντα πέντε ἐτῶν διήλεγξαν γνώμην, ὑπέδειξαν δὲ τὸν ἀληθῆ καὶ τοῖς πράγμασι σύμφωνον κύκλον τὸν τῶν κη' μὲν ἐννεακαιδεκαετηρίδων, ιθ' δὲ ὀκτωκαιεικοσαετηρίδων, αἵπερ συνάγουσιν ἐτῶν ἀριθμὸν φλβ'. οὗτος γὰρ ὁ κύκλος, λέγω δὴ ὁ τῶν φλβ' ἐτῶν, ἀεὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος δείκνυσιν οὐ μόνον κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τῶν δύο ἡλιακῶν μηνῶν, μαρτίου λέγω καὶ ἀπριλίου, ἐμπίπτουσαν τὴν ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ κα-
B *τὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔτος τῆς τετραετηρίδος τοῦ βισέξτου καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔτος τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος, ἀλλὰ δὴ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔτος τῆς ὀκτωκαιεικοσαετηρίδος. ἀπαρτίζεται γὰρ ὁ προειρημένος κύκλος τῶν φλβ' ἐτῶν καὶ παρὰ τὸν ιθ' καὶ παρὰ τὸν κη' καὶ παρὰ τὸν τέσσαρα καὶ παρὰ τὸν ἑπτὰ μεριζόμενος.*

Τούτου γνωσθέντος πολλοὶ κύκλους ἀνέγραψαν ἑορταστικοὺς ἐτῶν φλβ', καταμίξαντες δὲ τῇ ἀληθείᾳ τὸ ψεῦδος σκανδάλου καὶ ταραχῆς ἀφορμὰς τοῖς ἁπλουστέροις παρέσχοντο. οἱ μὲν γὰρ τὰς τεσσαρισκαιδεκαταίας τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης ἀκινή-

5. *ἐννενήκοντα* P. 7. *τοῖς* om. P. *ibid.* *ἐννεακαιδ. — ὀκτω* om. P. 14. *τῆς* om. P. 15. *ἔτος* om. P. 17. *τῶν* bis P. *ibid.* *τὸν τέσσαρα*] *τὸν δ'* P. 20. *καὶ κ.* P. *καταμείξαντες* V. 22. *τεσσαρεσκαιδεκατέας* P.

Principes, largum adversus Ecclesiam risum exc tarint, magno inde Ecclesiae Sacramento ludibrio habito.

Cum haec ita se haberent, quidam ex Ecclesia Catholica necessariis excitati rationibus, ineptam hanc et absurdam eorum qui memoratum Cyclum XCV. annorum, confecerant arguere sententiam, probavereque, istum * Vigintioctennalem Cyclum, qui annos colligit DXXXII. verum esse, rebusque consonum. Cyclus enim ille (is, inquam, DXXXII. annorum) in seipsum semper recurrens, non solum indicat juxta hos dies binorum mensium solarium, Martii, inquam, et Aprilis, quando incidat XIV. mensis Lunae, sed et juxta dies eosdem hebdomadis, et juxta eundem annum quadriennii Bissexti, et juxta eundem Decemnovennalis, atque adeo ipsum Vigintioctennalis Cycli annum. Absolvitur enim praedictus Cyclus annorum DXXXII. et in XIX. et in XXVIII. et in IV. et in VII. partitus.

Hoc cognito, Paschales Cyclos annorum DXXXII. multi descripsere, mixtoque cum veritate mendacio, scandali ac turbae occasiones praebuere simplicioribus. Quippe qui primi mensis Lunae quartas decimas immobiles esse non adverterunt, juxta dies in Decemnovennali Cyclo a Deife-

τοὺς οὐκ ἐφύλαξαν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἀναγεγραμμένας ἐν τῇ C
ἐκτεθείσῃ ἐννεακαιδεκαετηρίδι ὑπὸ τῶν θεοφόρων πατέρων, ἀλλ'
ἰδίας ἐννεακαιδεκαετηρίδας συνέταξαν ἐναντίας τῇ ἐκτεθείσῃ ὑπὸ
τῶν θεοπνεύστων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, καὶ οὕτω κύκλους
φλβ' ἐτῶν συντεθείκασιν. οἷς προσέχοντές τινες καὶ ἀγνοοῦντες
τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα περὶ τοῦ σωτηρίου πάσχα μάτην πολ-
λάκις ταράττονται, οἰόμενοι πεπλανημένως ἑορτάζεσθαι τὸ ζωο-
ποιὸν πάσχα ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ.

Ἕτεροι δὲ τὰς μὲν τεσσαρισκαιδεκαταίας τοῦ πρώτου μηνὸς
τῆς σελήνης ἀκινήτους ἐφύλαξαν κατὰ τὰς ἀναγεγραμμένας ἡμέ-
ρας τῶν δύο μηνῶν μαρτίου καὶ ἀπριλίου ἐν τῇ ἐκτεθείσῃ ἐννεα-
καιδεκαετηρίδι ὑπὸ τῶν πανευφήμων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, D
καὶ οὕτω τὸν κύκλον τῶν φλβ' ἐτῶν ἀνέταξαν. καὶ περὶ μὲν τὴν
ἁγίαν τοῦ πάσχα ἑορτὴν σύμφωνοι ηὑρέθησαν τῷ ἐκκλησιαστικῷ
κανόνι, καθ' ὃν ἐπετέλεσεν καὶ ἐπιτελεῖ καὶ ἐπιτελέσει τὸ ζωο-
ποιὸν πάσχα ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία· χρόνους δὲ παρέθεντο ἐν τῷ
κύκλῳ τῶν φλβ' ἐτῶν τούς τε ἀπὸ κτίσεως κόσμου τούς τε ἀπὸ
τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ τούς τε ἀπὸ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως ἀσυμφώ-
νους τῇ τε θεοπνεύστῳ γραφῇ καὶ τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι καὶ τῇ
τῶν πραγμάτων φύσει· ᾧ τινες προσέχοντες περὶ μὲν τὴν ἁγίαν P 11
τοῦ πάσχα ἑορτὴν οὐ διασφάλλονται, ἀλλὰ συμφωνοῦσι τῇ κα- V 9
θολικῇ ἐκκλησίᾳ, περὶ δὲ τὰς ἄλλας ἑορτὰς τὰς τελουμένας ἐν

9. τεσσαρεσκ. P. 13. κύκλῳ V. *ibid.* μὲν om. P. 14. εὑρέθησαν P.

ris Patribus proposito descriptos, sed proprios Decemnovennales Cyclos confecere illi contrarios qui ab inspiratis a Deo Doctoribus sunt expositi; sicque Cyclos DXXXII. annorum composuerunt. Quibus quidam fidem adhibentes, regulam ignorantes Ecclesiasticam, frustra de salutari Paschate turbas saepius excitarunt, cum in sancta Dei Ecclesia vivificum Pascha erronee celebrari sibi in animum inducerent.

Alii vero quartas decimas primi mensis Lunae immobiles observarunt juxta descriptos duorum mensium dies, Martii et Aprilis, in Decemnovennali Cyclo ab praeclaris Ecclesiae Doctoribus exposito, atque sic in semet redeuntem DXXXII. Cyclum constituerunt. Et sane circa Paschalem sanctam festivitatem sanctae regulae consentire sunt deprehensi, secundum quem vivificum Pascha celebravit, celebrat, et celebrabit Dei Ecclesia. In Cyclo porro DXXXII. annorum, a mundo condito annos praeterea apposuere, et ab Incarnatione magni Dei et Servatoris nostri Jesu Christi, et ab ejus a mortuis resurrectione, qui a Deo inspiratae scripturae, et Ecclesiasticae regulae, ac rerum naturae minime consonant, cui dum quidam adhaerent, quoad Sanctum Paschatis festum non falluntur quidem, immo Catholicae Ecclesiae consentiunt, verum quoad alias

αὐτῇ σφόδρα πεπλάνηνται, οἷον Χριστοῦ γενέθλιον, ὅπερ ἀπλανῶς λίαν ἑορτάζει ἡ τοῦ θεοῦ ἁγία ἐκκλησία τῇ εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους δεκεμβρίου μηνός, ἔτι δὲ καὶ τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ἁγίας ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ὃν καὶ αὐτὸν ἀνεπιλήπτως ἐπιτελεῖ ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τῇ εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους μαρτίου μηνός, ἔτι μὴν καὶ τὸ γενέθλιον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου καὶ βαπτι-
B στοῦ, ὅπερ ἐπιτελεῖ ὀρθῶς ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τῇ εἰκάδι τετάρτῃ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἰουνίου μηνός, πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὴν ἁγίαν ἀπάντησιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτε ὑπεδέξατο αὐτὸν ἐν ταῖς ἀγκάλαις ὁ δίκαιος Συμεών, ἣν ἑορτάζει ἀσφαλῶς ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τῇ δευτέρᾳ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους φεβρουαρίου μηνός. τοῖς οὖν ἀναγραψαμένοις τὸν οὕτω κατασκευασθέντα κύκλον τῶν φλβʹ ἐτῶν κατακολουθοῦντές τινες τῶν κουφοτέρων, καὶ ἀληθεύειν τούτους οἰόμενοι, λίαν τολμηρῶς καὶ προπετῶς καταμέμφονται τὰς ἁπανταχόσε ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐν ταῖς εἰρημέναις ἡμέραις τὰς μνημονευθείσας
C ἐπιτελοῦντας ἑορτάς.

Ἐπεὶ οὖν οὐχ ηὕρομεν ὑπό τινος ἀναγραφέντα ἑορταστικὸν κύκλον τῶν φλβʹ ἐτῶν διὰ πάντων συμφωνοῦντα τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ καὶ ταῖς ἀνεπιλήπτως τελουμέναις ἑορταῖς ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἔγνωμεν ἐν μιᾷ ἢ καὶ ἐν πλείοσιν ἢ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἑορταῖς τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ

4. ἡμῶν om. P. 13. Φευρουαρίου PV. 18. ἐπιτελοῦντας] Conf. περιττευόντων ὡρῶν in circulo p. 13.

festivitates quae in ea celebrantur plurimum aberrant: veluti in Christi Nativitate, quam recte prorsus celebrat Sancta Dei Ecclesia xxv. die mensis secundum Romanos Decembris. Ita perinde in Annuntiatione sanctae gloriosae Dominae nostrae Dei Genitricis et semper Virginis Mariae, quam et ipsam inculpate celebrat Dei Ecclesia xxv. die mensis secundum Romanos Martii: praeterea in Nativitate Sancti Joannis Praecursoris et Baptistae, quam recte Dei Ecclesia xxiv. mensis juxta Romanos Junii celebrat. Praeterea in sancto Servatoris nostri Dei et Domini Jesu Christi Occursu, cum in ulnis eum excepit justus Simeon, quem recte celebrat Dei Ecclesia ii. mensis juxta Romanos Februarii. Ab hisce igitur descriptum ac sic compactum DXXXII. annorum Cyclum quidam ex simplicioribus secuti, ac veritati consonum illum esse arbitrati, audacter nimis ac temere sanctas ubique Ecclesias, a quibus, praedictis diebus memoratae peraguntur festivitates, reprehendunt.

Quandoquidem igitur nullum hactenus invenimus a quopiam descriptum DXXXII. annorum Paschalem Cyclum, qui a Deo inspiratae scripturae in omnibus concinat, ac festis quae in sancta Dei Catholica et Apostolica Ecclesia inculpate celebrantur, immo in uno, vel in pluribus, vel etiam in omnibus festis, sanctae Dei Ecclesiae minime esse consentaneos,

